



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri  
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De  
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,  
insignes & peruetusti**

**Petrus <Chrysologus>**

**Lvgdvni, 1623**

De quadragesimali ieiunio, Sermo CLXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50232)

*De quadragesimali ieiunio, Sermo CLXVI.*

**H**abet quidem simplicitas innocentiae suae gratiam: habet fidei suae fructum, scientiae praemium habere non potest, palmam habere non potest virtutum. Aliud est otio & securitati suae viuere: aliud est pro omnibus ferre vigiliis & labores. Simplicitas ciuem bonum facit, non facit militem fortem: hinc est, quod ille censum soluit, hic stipendia percipit, & honores. Ciuis aut cedit, aut succumbit aduersis: aduersa miles sustinet & propellit: ille pugnare non didicit, hic non timere: ille cauet semper, hic vincit. Haec diximus, ut quae sit distantia monstraremus, inter eum qui Christianae fidei simpliciter accipit & sequitur sacramentum, & inter eum qui studet ipsius fidei & apprehendere scienter, & nosse mysterium. Ecce Quadragesimae ieiunium, quod deuotione solenni die castino suscipit vniuersalis Ecclesia: multi putant abstinentiae tantum studio, vel nobis traditum, vel pro nobis dominum peregrisse, nec altioris intelligentiae continere mysterium, sed solummodo castigandis corporibus, ressecandis vitiis, temperandis mentibus hoc prouisum. Porro quadragenarius iste numerus tam sacratum esse a saeculis, tam mysticus reperitur, ut semper efficiendis rebus diuinis, & maximis Dei negociis explicandis adhibitus lege inuiolabili praescribatur. Quod ut luceat ad purum copiosissimis percurramus exemplis. Cum mundus intra generis humani primordia perdesenda nefando vitiorum squallore sordesceret, & totus criminum foereret horrore, ac penes ipso iniquitatis suae fumo fuscare caeli tantam contederet claritatem, quadraginta diebus ac noctibus expiaturus terram caelestis imber effunditur: ut, quia perire sibi mundus, quod

*Gen. 7.*

factus.



factus fuerat, iam debebat, gauderet tali baptismo se renatum: sciretque quod est non se naturæ, sed auctoris sui gratiæ, iam debere, ipsamque nostri baptismatis formam terra nostri corporis origo prælibaret, ut quæ ante natos homines producebat ad mortem, hos ad vitam produceret iam renatos. Attendite, fratres, quantus sit quadragenarius numerus iste, qui & tunc cælum terris aperuit abluendis: & nunc fonte baptismatis orbem totum pandit gentibus innouandis. Merito nos quadraginta diebus per ieiunium currimus, ut perueniamus ad fontem baptismatis & salu-

**Exo. 16.** tis. Quadraginta annis populum Iudaorum panificus in eremo pavit imber: nec solito ministratu incrementa germinis produxit è terra: sed ipse terris potius fluxit frumenta, totumque seruitutis humanæ ademit laborem, qui blando rore esurentibus cœlestem præ-

**Num. 13.** buit & euexit annonam. Quadraginta diebus terram repromissionis exploratio missa diuinitus circūiuit: ut hic sacratus numerus promissas Israeliticum populum euocaret ad terras: qui nos quadragenariis ieiuniorum cursibus euocat, & perducit ad cælum. Nāque & nostri corporis terram quadraginta diebus explorat nunc, & circuit cœlestis inspectio: ut expugnatis & expulsis vitiorum gentibus, regionem nostri cordis possideat turba virtutum. Et quia nihil

**Exo. 14.** omittendum est, Moyses ipse dierum quadraginta ieiunio ita humano defæcatus est, & exinanitus à corpore, ut totus diuinitatis mutaretur in gloriam: & adhuc in nostri corporis obscuro toto fulgeret lumine deitatis: neque intueri eum mortalium visus posset, qui substantia Dei diu pastus tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta: vnde didicit coram Deo, & cum Deo commorantibus vitæ subsidia non deesse. Et reuera fratres, nescit lassari: mori non potest,

cui



eui panis, cui vita Deus est. Merito hic talis legē sancire meruit, qui totum quicquid in homine lex urgere poterat, peramisit. Præstiterat hoc Moyſi iuge, fortasse ieiunium: sed nondum reddiderat talem, si defuiſſet quadragenarius numerus hic sacratus. Ieiunium Eliã lenauit ad cœlum, & purificato sic corpo- 4. Reg. 3.  
 ri ignei currus addixit obsequium: ut ostenderet gehena, quæ exurit reos: inno- uis quam deseruit: sed ut ad hoc perueniat & Elias quadragenarij numeri ante 3. Re. 19.  
 viam mysticã præcurrit. Ezechiel eximius Prophe- Ezech. 4.  
 tarum quadraginta dieb<sup>9</sup> iacēs latere uno, scientibus legem loquor, captiuitatem futu- am dum præfigurat absoluit: quia sacratus numerus iste suscipit iniquitates, ut deleat iniquitates, ut absoluat ingreditur vincula, patitur ut relaxet. Hinc est ergo quod Domi- Mat. 4.  
 nus author à sæculis in hoc numero absconditi sacramenti iurat ipsum numerum dierum quadraginta ieiunij, ut quod adumbrauerat in famulis ipsa per se iam veritate facta & cœpta perficeret, firmaret tenera, inchoata suppleret, & quæ præceptis instituerat, roboraret exemplo: non enim iuffecerat hoc tantum tanti numeri sacramentum imperasse verbis, nisi commendasset & facto. Et tamen fratres, à tempore diluuij sacramenti huius contendimus aperire mysterium, non auli anteriora contingere, superiora rimari, loqui tacita, tam diu certè reposita proferre: præsertim cum mihi temerarium, & vobis non necessarium videam, causarum tales, tantasque origines perſcrutari. Veræ deuotionis est, fidelissimæ seruitutis est, quid fieri velit, non quare velit, dominator inquirere. Si ergo quadraginta dierum simplex, purum, æquale, tantis testimoniis, sub tanti numero sacramenti traditū nobis à domino ieiunium perdoce- tur: vnde ista varietas, vnde nouitas ista, vnde hebdo-



madæ nunc resolutæ, nunc rigidæ, nunc indulgentes  
nimium, nunc seueræ? Vnde intemperati ieiunij vsus  
iste, qui aut afficiat sine venia, aut remittat ad crapu-  
lam? Hoc est, separatim calida, separatim frigida,  
separatim salis, separatim cibi sui vsibus deputare,  
& totum vitæ negligere conditorem? Certe qui  
corporis cibos condiunt, sapienter discant animæ pa-  
bulum temperare, ne aut plus salitum, aut penitus in-  
sulfum salutaris cibi generet lethale fastidium. Ieiun-  
ium sit æquale: & vt est nobis traditum, seruetur ad  
corporis & animæ disciplinam. Certe qui ieiunare  
non potest, non præsumat inducere nouitatem: sed  
fateatur esse fragilitatis propriæ quod relaxat: & re-  
dimat elemosynis, quod nõ potest supplere ieiuniis:  
quia illius gemitus dominus non requirit, qui pro se  
gemitus pauperum sic redemit.

Mat. 2.

*De diuo Ioanne Baptista predicante, deque pœnitentia agenda, Sermo C L X V I I.*

**O**pportune nobis Ioannes beatissimus ieiunij  
tempore pœnitentiæ doctor aduenit, doctor  
dicto, factoque, magister verus: quod verbo asserit,  
demonstrat exemplo. Magisterium stat de scientia, sed  
magisterij authoritas constat ex vita: docenda faciens  
obedientem perficit auditorem. Docere factis sola est  
norma doctrinæ: doctrina in dictis scientia est, in fa-  
ctis virtus. Scientia ergo illa vera est, quæ fuerit mix-  
ta virtuti: illa, illa diuina est, non humana. Euange-  
lista probante, cum dicit: Quæ cœpit Iesus facere &  
docere. Præceptor cum docenda facit, & auditu in-  
struit, & informat exemplo. *In diebus, inquit, illis ve-  
nit Ioannes Baptista predicans in deserto Iudææ, & dicens:  
Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.  
Pœnitentiam agite, quare non magis gaudete? gau-  
dete*

Act. 1.

Mat. 3.